



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

De plurib[us] martirib[us] celebriter aut festiue. Nam de feriali
co[m]memoratione quere in fine. Jn primis vesperis psalmi feriales cu[m]
suis an[...]. Hymn[us]

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

suam. Ad messem multā ope-
rarū pauci sūt quod sine gra-
ui me ore loqui non possum?
qz et si sunt qui bona audiant
desunt qui dicant. Ecce mun-
dus sacerdotibz plenus ē: sed
tū i messe dei rar⁹ valde inue-
nitur opator: qz officū quidē
sacerdotale suscipim⁹: s; op⁹
officij non implemus. S; pē-
sate frēs mei. pēsate qd dicit.
Rogate dñm messis vt mit-
tat operarios in messem suaz.
Vos pro nobis petite vt dis-
igna vobis opari valeam⁹ ne
ab exhortatōe lingua corpe-
at: ne postq̄ predicatoris locū
suscipimus apud iustū iudis-
cem nostra nos taciturnitas
addicat reos. Sepe enī p sua
nequitia predicantiuz restrin-
gitur lingua. Sepe etiā ex sh-
tectorū culpa agitur vt eis qui
presunt pdicationis pmo sub-
trahatur. Tu autē **De pluribz
martiribz celebriter aut festi-
ue. Nam de feriali cōmemo-
ratione quere in sine. In pri-
mis vesperis psalmi feriales
cū suis añ. Hymn⁹ Rex glo-
riose mart^r Cap. aliquo de
istis sicut placet. Capitulū.**
Sancti p fidē vicerūt regna
opati sūt iusticia: adepti sunt
repromissiones in christo iesu
domino nostro Deo g. **Cap**
Iustoz anie in manu dei sunt
z nō tãget illos tormētū mor-

tis. **Usti sūt oculi insipientium**
mori illi aut sunt i pace. **D. g.**
Iusti tulerūt spolia im-
pioz et decātauerūt dñe no-
men sc̄m tuū et victricē ma-
num tuā laudauerūt parit̄ do-
mine deus noster. **Capitulū**
Iusti autē in ppetuuz viuēt: et
apud dñm est merces eoz: et
cogitatio eoz apud altissimū
Ni sūt viri iuste. Cap. Deo-
rico: die quoz iusticie obliuio
nem nō acceperūt: cū semie eo-
rū pmanēt bona: hereditas s̄a
c̄ta nepotes eoz. **D. Capitū**
Sāci ludibria et verbera ex-
pti sūt: insip et vincula z carce-
res lapidati sūt: secti sūt tēp-
tati sūt: in occisiōe gladij mor-
Reddet de⁹ Cap. tui sunt:
mercedē laborz sanctorz suorū
z deducet i via mirabili. **D.**
h. **Lerami in dño et exultate**
iusti. **Et gloria mini. Super**
mag. añ. Sanctum est verūz
lumē et admirabile mīstrans
lucem his qui permāserūt in
aggōe certaminis recipient ab
ipō splēdorē sempiternū i quo
assidue felices letantur. **Aul-**
la suffragia nisi cōcurrat com-
De⁹ Col. memoratō festiua
q̄ nos pcedis sc̄toz martyruz
tuoz. **A. et. A.** natalicia cole-
re: da nob in eterna leticia de
eoz societate gaudere. per do.
Magnificet te dñe Collectā.
sanctorum martyrum tuoz

A. beata solennitas q̄ z illis
gloriam sempiternam z opeꝝ
nob ineffabili pietate cōtulit
R. resta quīs **Coll.** Isti Per.
om̄ps deus: vt qui beatorum
martyꝝ tuorū. **A.** et. **A.** nata
licia colimus: a cūctis malis
imminentibꝝ eorū intercessiōi
bus liberemur **Per.** **Ad ma
tutinas Inuit.** Regē marty
rū dñm **Venite adorem.** **ps**
Venite. **In primo noctur. añ.**
Seculꝝ decursus aquarū plāta
uit viam iustorum: sed in lege
domini fuit volūtas eorū. **ps.**
Beatus vir. **Añ.** Predican
tes preceptum domini cōsti
tuti sunt in monte sancto ei.
ps. Quare fre. **añ.** Filij ho
minum scitote qz dom̄nꝝ san
ctos suos mirificauit. **psalmꝝ**
Cū inuocare. **p.** Letamini
in dño. **Sermo bñi maximi**
S. **Ulfis episcopi. Lecto l.**
cere nob̄s deberent ad
profectum salutis nostre mar
tyrum exempla sanctorū q̄ p
ter adīpiscendam celestē coro
nam omnibꝝ se mandatis do
minicis subiecerūt: z ita cun
ctis deuinērūt se legibꝝ salua
toris: vt propter ante actā vi
tam mererentur ad hanc mar
tyrj gloriam peruenire. Non
enī illo in tempe tantū perse
cerunt preceptum dñi quo cō
fessionis supplicium pertule
rūt: sed necesse fuit illos prius

fm euangeliū christi vixisse vt
xp̄i passionibus potirent. Ne
cesse est enī vt inīctio bona fue
rint quorū finis est obsecutus
z martyres eos non solum fu
isse cuz passi sunt sed etiā mar
tyres christi fuisse cum viue
rent. **Martyr** enim latine tes
tis dicitur. Quotienscūq; bo
nis actibus mandata christi
facimus totiens christo testi
moniū perhibemus. **Lū. R.**
Absterget deus omnē lachry
mam ab oculis sanctorū z ita
non erit amplius neq; luctus
neq; clamor sed nec vllꝝ dolor
qm̄ puora transierūt. **p.** In
storū autē anīe in manu dei sūt
z non tanger illos tormentorū
malicie. **Quorum. Lectio. ij.**
Unde et crux dñi non illa tā
tum dicitur que passionis tpe
ligni affixione cōstruitur: s; il
la que totius vite curriculo cū
ctariū disciplinarū virtutibus
adaptatur. De qua mihi vi
des saluator dicere Qui vult
venire post me tollat crucē su
am z sequatur me. Nunquid
enī om̄es martyres qui secuti
sūt dñm crucifixi sūt Nunquid
om̄es p̄gines que iuxta apo
calipsim sequūtur agnum dei
crucifixe sunt vt sequantur.
Nunquid paulus apostolus
crucifixus fuerat cum dicebat
Sibi autē absit gloriari nisi
in cruce dñi nostri iesu christi